

non ante pubertatis annos posset, quemadmo-  
dum docetur *in Piske Toseph. subnexis titulo*  
*Cholin num. 63.*

§. 9.

Nec si animal ad Hebræorum leges macta-  
re anniteretur infans, refragabantur severi Patres,  
modo adstaret maectationi præses. Hoc enim  
suffragante non modo non maectandi leges vio-  
labantur, sed & de animali ab infante maectato  
edere non recusabant, ut docetur *l.c. n. 65.*

§. 10.

Neque vestis peniculamentis in 4. ornata  
angulis infanti denegebatur, qua operiri sole-  
bat, quamprimum loqui inciperet, & sensa ani-  
mi exprimere sermone auspicaretur. Ita infor-  
mamur *in Piske Tosephot subnexis titulo de*  
*Tabernaculo n. 67.*

§. 11.

Si quoque contingeret, ut infans vellet in  
Sab-